

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 25: De charitate (7)

Idem (Gregorius, in *Registro*):

Charitatem

recte praedicator egregius vinculum
perfectionis vocat: quia virtutes quidem
caeterae perfectionem generant,
sed tamen eas charitas ita ligat, ut ab
amantis mente dissolvi jam nequeant.

O quam bona est caritas, quae absentia
per imaginem, praesentia sibimetipsis
exhibet per amorem, diuisa unit,
confusa ordinat, inaequalia sociat,
imperfecta consummat! Quam
recte praedicator egregius uinculum
perfectionis uocat, quia uirtutes quidem
ceterae perfectionem generant
sed tamen eas caritas etiam ligat, ut ab
amantis mente dissolui iam nequeant.

Gregorius Magnus, *Registrum*
epistularum, 5.58 (CCSL 140, D.
Norberg ed., p.354, ll.4-9).